

Sigismundus primus rex Polo:  
nia, commissariis suis.

180

Ex literis vestris accepimus seriem iu:  
dicii vestri, cum omni processu suo  
in causa, que inter civitatem Gedaneu:  
sem, et Ebrehardum Ferber iam pridem  
inepta, multisque ultro citroque conten:  
tionibus agitata vertitur. Que si ali:  
quo alio leviori modo, quam severita:  
te iudica transigi potuisset, multo li:  
bentius audiremus, quam quod ad id ven:  
tum sit, ut per strepitum iuris decor:  
natur, qui in tam obstinatis et obfirmar:  
tis animis, raro sic solet perfici, quin  
sit partibus disceptantibus gravis et mo:  
lestus. Sed cum id tam durum, tamque  
difficile fuerit, quod rigorem iudicii decli:  
nare nequiverit, placuisset multum, ut sal:  
tem haec omnia decisioni cause servien:  
tia, sicuti a nobis iniunctum erat, per  
vos transacta fuissent, sine quibus cau:  
sa ipsa rite peragi et decidi non potest.  
Nos tamen in futuro conventu Piotrcovien:  
si, ad quem et diem sanctae Agnetis pro:  
ximum, terminum quem partibus disce:  
ptantibus prefixistis, propter conventum  
istarum terrarum ad diem sanctae Bar:  
bare Torunij statutum, transponendum

duai:

1524  
daximus et transponimus, audiemusque omnia, que ad finem imponendum tam fastidiose, imo vero pernitiöse cause pertinere videbuntur, et quod matura deliberatione, et diligenti examine visum fuerit consultius faciendum, omnia ad equitatem referendo, omni iam tergiversatione posthabita, Deo bene volente, faciemus et decernemus. 1524.